



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Archi-||dioeceseos || Colonien-||sis Descriptio || Historica

Henriquez a Strevesdorff, Martinus

Coloniæ Agrippinæ, 1652

Pax Monasteriensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12065



PAX MONASTERIENSIS.

Pax igitur conclusa; Dei de lumine lumen
 Tradit amicitiam, conjungit foedere partes,
 Præteriti immemores vult læsos esse; perinde,
 Pristina restituit, quisque & sua Jura receptat.
 Enumerantur adhæc speciales restituendi.
 In Sacris medium conflata gravamina solvit,
 Helvetii accipiunt jam libertatis honorem,
 Calvino in foedus sit Pacis adoptio concors,
 Jura politiæ Statibus jam prorsùs adumbrat.
 Flori restituit veteri commercia ad Indos,
 Præmia partitur Suecus, Pomerana resarcit
 Brandenburgiaco Mecklenburg dempta rependit,
 Pax Gallos, Succos plumis Aquilaribus ornat,
 Placatusq; Hassus, Braunschwigum munera mulcet,
 In partes Galli transit pax Itala: tandem
 Armorum finis, præbet solatia mundo,
 Hæcce Monasterii Pax promulgatur ab ære.
 Germanas hilarat mentes, Pax alma perennis.
 Tanta molis erat Romanam condere Pacem!
 Nunc per Germanas fertur Pax publica partes,
 Mittitur Hoxterium nobis Pax, hostibus aquæ
 Et Legatorum mandatur in agmine scripto
 Non inimicitias, nihil exercera cruente,
 Pugnatum satis est, Martis venit Hesperus! Ergo
 Præsidium tunc quisq; suum & vexilla resumit.
 Vbius Elector * Legiam deducit ad urbem
 VVestphalicas turmas, flamma ferroque rebellis
 Vrbs attentatur, satis hoc restatur Amercoeur,
 Sed dum terror adeat, & flamma propinquior urbe
 Vrbs tractare studet, Præsul moderamen in armis
 Dat veniam cunctis, tres excipiende rebelles,

2. m.

137 PAX MONASTERIENSIS.

Qui Ferdinando portas aditumq; negarunt :
 Pace igitur facta miles dimititur urbe ,
 Cumque satis faciūm nummorū pondere grandi
 Imperij val. m tria bis centena Dalerūm
 Millia , Casseliis patria numerata periclo .
 Libera sit servis Hassorum Nussia . Corfelt.
 Nevvhausa ad Paderam , sicq; exoneratur ab Hassis
 Rhenanus tractus , * tutus sit VVestphalus inde ,
 Pax ergo vigeat , Pacem tē poscimus omnes ;
 Nulla salus bello , iusta est pax optima Rerum
 Quas homini novisse datum , pax una triumphis
 Innumeris potior , faxit Deus optimus , illa
 Iustitia comite , in longas & mille perennet
 Annorum series , Votis nos usque precamur .
 Hoc precor , hic moneo si quid detur , elige pacem ;
 Et que Divorum Divis reddantur , & illa
 Qua sunt Caesar ei juris , reddantur Eisdem ,
 Hoc per Evangelium demandat ab ethere Numen ,
 Sit felix faustum , iubet hīc requiescere Plato .

[* 1652]

